



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

fessione detersit; ac pridie ut dignè *divino se* PA  
 BVLO reficeret, jejunium sibi indixit. Quo ipsa  
 Teclæ deficiente indice vitæ pulsu ( pijssimâ  
*eius Conjugè MARIA, Filijs, ARNOLDO Herrenba-*  
*uio Priore Carthusiano astantibus ) à Confessario*  
*pastus, mi dulcissime ( inquit ) IESV, ecce cum*  
*Magdalena pœnitente peccata mea gravia deploro; &*  
*cum eadem ad sacros tuos pedes abiectus veniam de-*  
*misse postulo. Eo in voto extremis doloribus obrutus*  
*suspirando IESVM & MARIAM, DIXIT,*  
*& VIXIT, Septembris 19. A. C. 1443. In Gra-*  
*nienſi à ſe fundatà Cartuſià, Coniugis Principum ac*  
*Patriæ incredibili luctu depositus, quem à Iulio*  
*vate his verſibus depictum lego:*

MAIORVM titulos primus transgressus ADOLPHVS  
 Illustris meruit nomen habere Ducis,  
 Caufa quod & bellis gestis clarissimus esſet;  
 Et ſancta toto notus in orbe fidei.

## XXIV.

IN Ducatu Montium SIGEBERGÆS. IOANNET-  
 TI Pueri & Martyris, à perfidis Iudæis odio  
 CHRISTI eiùsque sanctæ Legis occisi: ita nemo  
 vel citò, vel ſerò nimis cælum ingreditur. Ex Fast.  
 Gelen.

## XXV